



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R.P. Petri Leurenii Societatis Jesu, SS. Theologiæ  
Doctoris, & SS. Canonum Professoris Vicarius Episcopalis,  
Sive Tractatus Quaternarius Per Quæstiones & Responsa  
Canonica Deductus**

**Leuren, Peter**

**Coloniae Agrippinae, 1708**

239. An confirmare possit constitutus extra Diœcesim.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74203](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74203)

Gemin. n. 8. Selvam tract. de Beneficiis. p. 2. q. 14. n. 7. Federic. de Senis tract. de permut. Benef. q. 26. Milis in reperit. v. Vicarius Episc. & alios. Ratio autem, quã niti illos AA ait; nempe quòd aliud sit conferre, aliud confirmare, si plus non addatur, nullius est momenti; neque fat efficax, quam ipse de suo adducit, nempe quòd confirmare sit de lege jurisdictionis, ut Calderin. conf. 200. de elect. Pavin. de potest. Capit. fed. Vac. p. 2. q. 2. n. 2. Federic. de Sen. loc. cit. Milis loc. cit. Verf. jurisdictionis effectus. & alii, quos citat. Sbroz. loc. cit. n. 5. quæ autem sunt de lege jurisdictionis, transeunt in Vicarium. Retringit tamen valde Sbroz. hanc suam doctrinam n. 8. ut procedat, ubi Vicarius haberet plenum mandatum cum expressione aliquot specialium & clausula: quòd omnia facere posset, quæ Episcopus, etiamsi mandatum speciale exigant.

2. E Contra istiusmodi confirmationes requirere speciale mandatum docent Rebuff. in pr. tit. form. Vicar. n. 33. Cuchus. instit. jur. can. de Vicario Episc. n. 120. Calder. conf. 1. & alii citati à Sbrozio l. c. n. 2. cum quibus sentit Azor. Instit. mor. p. 2. l. 3. c. 46. q. 1. ubi, postquam dixisset, solere Episcopos, dum assumunt Vicarium generalem, concedere ei potestatem confirmandi Abbates, Priores, similesque non exemptos, addit in fine §. confirmationes: hæc tamen potestas in generali mandato non continetur, quare specialiter committitur.

*Questio 239. An Vicarius extra Diocesim constitutus possit confirmare electos.*

**R**espondeo de hoc pariformiter ac de institutione loquendum. Sic confirmationem fieri posse extra Diocesim, si fieret sine iudicio contradictorio ex sola informatione superioris de electo; secus, si in contradictorio, tradit Sbroz. l. 2. q. 70. n. 7. citatis pluribus. Idem dicit Garc. p. 5. c. 8. n. 142. ubi: melius ac distinctius dicendum est cum Lambert. de jurep. p. 2. l. 2. q. 2. a. 6. quòd si ad institutionem vel confirmationem proceditur judicialiter, & cum causa cognitione seu instante contradictore curia seu fiscali (adde vel aliis in forma iudicii per assignationem auditorii seu stratorum, ut solet fieri) non potest fieri extra territorium nec cause cognitione seu processu, nec institutio vel confirmatio, si sit in sententia, &c. sequentia vide quest. ante hanc 4. n. 2. Loquitur autem Garc. loc. cit. ut patet ex n. 138. n. 6. expresse tam de Vicario quam Episcopo confirman- te.

### PARAGRAPHUS III.

De potestate Vicarii circa collationem & resignationem Beneficiorum.

*Questio 240. An Vicarius sine speciali mandato conferre possit Beneficia spectantia ad collationem Episcopi.*

1. **R**espondeo. negativè Paris. de resignat. l. 9. q. Tondut. qq. benef. p. 2. c. 118. n. 5. Pirh. ad tit. 7. n. 32. de off. Vicar. n. 49. Garc. p. 5. c. 8. n. 80. Selv. de benef. p. 2. c. 14. Ventrigl. Tom. 2. annor. 14. §. 1. n. 8. Laym. in c. cum in generali. de off. Vicar. in 6. n. 2. Sbroz. l. 2. q. 71. citans quam plurimos juxta c. finale. de off. vicar. in 6. Ratio est, quòd quæ meræ sunt gratiæ, Vicarius expedire nequit sine speciali mandato; collatio autem Beneficiorum, cum sit quædam donatio, c. relatum. de preb. c. post electionem. de concess. preb. est quid meræ gratiæ, Garc. loc. n. 81.

2. Ampliatur responsio primò: ut, etiamsi Vicarius haberet generalissimam commissionem, etiam cum clausula, ut possit omnia facere, quæ potest Episcopus, adhuc nequeat conferre Beneficia. Ventrigl. loc. cit. citatis Anton. de Butrio conf. 9. Col. 2. 3. 4. Pavin. de potest. capit. fed. vac. q. 10. Decio. conf. 128. col. 1. uti hoc firmat ex eo, quòd is, cui concessa etiam libera bonorum administratio, non valeat adhuc donare, l. contra jus. ff. de pallis. l. filiusfamil. ff. de donat. Garc. cit. n. 81.

3. Ampliatur secundò: ut adhuc conferre nequeat, etiamsi haberet potestatem eligendi, præsentandi cum clausula; & alia majora faciendi. Pax-Jord. l. 12. tit. 1. n. 165. Sbroz. l. c. n. 17. citans Paris. conf. 41. vol. 4. Rebuff. in pr. tit. form. Vicar. n. 51. & seq. Bertrand. conf. 133. col. 1. l. 2. Gemin. in c. cum illis. de preb. in 6. &c. Per citatum hunc textum, ubi dicitur; quòd unus specialis modus alterum non comprehendat.

4. Ampliatur tertio: ut ne quidem Vicarii Episcoporum constituti à Papa conferre possint sine mandato Episcopi, nisi forte haberent mandatum ad hoc speciale ab ipso Papa. Sbroz. l. c. n. 25.

5. Ampliatur quarto: ut etiam Vicarius constitutus in Urbe id nequeat sine speciali Papæ mandato, Garc. l. c. n. 182. citans Pavin. ubi ante. n. 19. Rebuff. in pr. l. c. n. 16. Gambar. de off. Legat. l. 3. n. 708. contra Coral. p. 2. c. 1. n. 17. idque ut Garc. n. 183. & Sbroz. l. c. n. 4. juncto n. 7. citatis pluribus. Etiam si dictus Vicarius esset Cardinalis, citat pro hoc Garcias Rebuffum ubi ante. n. 64. & 70. Gambar. l. c. Bald. in l. aliquando. ff. de off. proconsul. Aliud tamen dicendum de Cardinale Legato Urbis, qui Papæ ab urbe absente conferre potest Beneficia consistentia intra limites Legationis, etiam Urbis, nisi obstat reservatio. Atque ita aliud est in Cardinale Legato Urbis, quàm in Cardinale Urbis Vicario. Sbroz. l. c. n. 7. Garc. n. 186. citans Gamb. Rebuff. Bald. ubi ante.

6. Ampliatur quinto: ut etiam Beneficia devoluta ad Episcopum, quæ aliàs sede vacante per capitulum conferri possent, nequeat conferre Vicarius Episcopi sine speciali mandato. Pax-Jord. l. c. n. 162. Sbroz. l. c. n. 15. citans Milis in reperit. v. Vicarius.

7. Ampliatur sexto: Ut, etiamsi haberet potestatem recipiendi resignationes factas simpliciter, vel etiam permutationis gratiã, ut adhuc non possit sine speciali mandato resignata conferre. Sbroz. n. 9. juncto n. 13. de quo tamen, in quantum tangit collationem Beneficiorum resignatorum permutationis gratiã, videbimus paulò infra.

8. Quòd si tamen concessa Vicario potestas providendi Beneficia, poterit quoque ea conferre; quia verbum providere est latum, comprehenditque institutionem, confirmationem, &c. Sbroz. l. c. n. 27. & 28. citans Rebuff. ubi ante n. 50.

*Questio 241. An Vicarius sine speciali mandato consentire possit collationi faciendæ per alterum.*

**R**espondeo dum ad Episcopum spectet consentire collationi faciendæ per alterum v. g. per capitulum, Vicarius sine speciali mandato Episcopi consensum hunc loco Episcopi præstare nequit, Barbol. de potest. Episc. allegat. 54. n. 61. Castropal. tract. 13. d. 2. p. 30. n. 3. citans Gratian. discip. for. c. 303. n. 1. Rebuff. in pr. de Vicar. Episc. n. 9. Azor. p. 2. l. 3. c. 44. q. 3. Pax-Jord. l. c. n. 166. Sbroz. cit. q. 71. n. 19.